Contents

	Preface	vii
	Introduction	ix
	Vocabulary Web	xi
	Persōnae	xiii
I.	**Familia Textrīcum**	1
II.	**Nūntius Advenit**	5
III.	**Negōtium Novum**	11
IV.	**Nova Tēla Optima**	15
V.	**Ad Forum**	21
VI.	**Ella Negōtium Agit**	25
VII.	**Sērica Ellae**	31
VIII.	**Ad Britanniam?**	35
	Grammatica	39
	Further Reading	43
	Latin-to-English Glossary	45

I.
Familia Textrīcum

"Ego *possum pōnere fīla* . . . et ego possum sedēre in sellā —"

"Ella! Ubi es?" Muzna clāmat.

"Veniō!" Ella clāmat. Ella facit *īnstrūmentum novum*, sed est sēcrētum. Ella ātrium intrat.

"Ella, *ubi erās?*" Muzna rogat.

"Māter," Ella inquit, "*ego eram* in cubiculō."

"Pater *abest*," Muzna inquit. "Servī et ancillae *texunt*. *Ego nōn possum agere omnia!*"

---

possum pōnere fīla: I can place the threads
īnstrūmentum novum: a new machine
ubi erās?: where were you?
ego eram: I was
abest: (he) is away
texunt: (they) are weaving
Ego nōn possum agere omnia!: I can't do everything!

"Sīc, māter," respondet Ella et ambulat per ātrium in *textrīnam*, ubi servī et ancillae texunt.

Familia Ellae habitat in urbe Palmȳrā. Palmȳra est urbs in Sȳriā. Sȳria est in Imperiō Rōmānō. Sȳria est inter Āsiam et Arabiam. Multī mercātōrēs veniunt per Sȳriam et per Palmȳram. Mercātōrēs *veniunt nāvibus* ad Sȳriam. Mercātōrēs *veniunt pedibus* ad Sȳriam. Mercātōrēs *veniunt plaustrīs* ad Sȳriam. Sȳria est *nōtissima textīs*. Mercātōrēs *volunt emere texta*.

---

textrīnam: weaver's shop
veniunt nāvibus: (they) come by boats
veniunt pedibus: (they) come by foot
veniunt plaustrīs: (they) come by carts
nōtissima textīs: very famous for fabrics
volunt emere texta: (they) want to buy fabrics


Rome
Palmyra

Ella *quīndecim annōs habet*. Habitat cum mātre et patre. Muzna est māter et Talmōn est pater. Omnēs sunt *textōrēs*. Multī mercātōrēs *texta* Talmōnis *emunt*. Talmōn et textor et *mīles* est. Odaenathus, rēx Palmȳrae, est in bellō cum Persiānīs. Talmōn est *mīles* Palmȳrēnus. Ergo, Talmōn in bellō abest.

---

quīndecim annōs habet: is fifteen years old
textōrēs: weavers
texta: fabrics
emunt: (they) buy
mīles: soldier

VII.
Sērica Ellae

Ella ad domum revenit et cubiculum intrat. Ella tēlam novam cōnficit. Ella sedet et fīla sērica in tēlā pōnit. Ella *īnstrūmentum pedibus agit* et fīla in tēlā movent. Ella *texere plūs textōrum potest*. Ella sōla texere potest. Ella multum labōrat. Ergo, Ella *stāmen cōnficit*. Ella *stāmen ex tēlā scindit*. Ella *vult mātrem textum sēricum vidēre*. Ella in ātrium ambulat.

īnstrūmentum pedibus agit: (she) works the machine with her feet
texere plūs textōrum potest: (she) can weave more fabric
stāmen cōnficit: (she) finishes the warp
stāmen ex tēlā scindit: (she) cuts the warp from the loom
vult mātrem textum sēricum vidēre: (she) wants her mother to see the silk fabric

"Salvē, māter!" Ella inquit. Muzna in ātriō sedet. Muzna Ellam videt.

"Salvē, fīlia. *Quid habēs* in tuā manū?" Muzna rogat.

"Habeō," Ella inquit, "textum sēricum." Ella textum Muznae dat. Muzna textum tangit.

"Hoc textum est optimum! *Quōmodo texuistī?*" rogat Muzna.

"Venī ad meum cubiculum, māter," respondet Ella.

Muzna et Ella ad cubiculum ambulant. Muzna tēlam videt.

"*Tūne tēlam fēcistī?*" rogat Muzna. "*Quōmodo fēcistī?*"

Quid habēs . . . ?: What do you have . . . ?
Quōmodo texuistī?: How did you weave (it)?
Tūne tēlam fēcistī?: You made a loom?
Quōmodo fēcistī?: How did you make (it)?

"*Ego sēcrētō fēcī!*" dīcit Ella. "Nunc, mea tēla nōn alta, sed longa est. Ego possum texere sōla et sedēre in sellā. *Mihi nōn dolet meum tergum! Mihi nōn dolent mea crūra! Zahra mē adiuvat* textum sēricum *texere*!" clāmat Ella.

"Mea fīlia, tū es intellegentissima. Tua tēla et tuum textum familiam *adiuvābunt*!" Muzna in textrīnam cum textō ambulat. *Paucī ēmptōrēs* sunt in textrīnā.

"Salvē, Muzna! *Quid habēs?*" rogat ēmptor.

"Ōh, est textum sēricum—*tūne vīs vidēre?*" Muzna ēmptōrī textum dat.

"Pāpae! Hoc textum est optimum!" clāmat ēmptor. *Alter* ēmptor appropinquat.

Ego sēcrētō fēcī!: I made (it) in secret!

Mihi nōn dolet meum tergum! Mihi nōn dolent mea crūra!: My back doesn't hurt! My legs don't hurt!

Zahra mē adiuvat . . . texere: Zahra helps me weave . . .

adiuvābunt: (they) will help

paucī ēmptōrēs: a few customers

Quid habēs?: What do you have?

. . . tūne vīs vidēre?: . . . do you want to see?

alter: another

"Quid habēs?" rogat.

"Est textum sēricum!" inquit ēmptor. Alter ēmptor textum tangit.

"Babae! Textum est optimum! Ego tibi *vīgintī sestertia dabō*!" ēmptor clāmat.

"Ego tibi *quīnquāgintā sestertia* dabō!" alter ēmptor clāmat. Muzna est laeta ubi ēmptōrēs clāmant.

vīgintī sestertia: twenty sesterces
dabō: I will give
quīnquāgintā sestertia: fifty sesterces